

BULLETTINO DELL' ISTITUTO DI
DIRITTO ROMANO, 1896.

P. 7 et suiv. Fragment de loi municipale trouvée à Tarente (Voir le fac-similé obtenu d'après celui que MM. Scialoja et de Petra ont publié dans les *Monumenti antichi*, vol. VI, pl. XIV et XV et qu'ils m'ont aimablement permis de reproduire).

93)

VIII.

ne esse liceat neve qu[is] quod ejus municipi pecuniae publicae sacrae religiosae est erit fra[un]dato neve ar[er]tito neve facito quo eorum quid fiat neve per lit[er]as publicas fraudemve publicum pejus facito d(olo) m(alo). Qui facit quanta ea res erit quadruplum multar esto, eamque pecuniam municipio dare damnas esto, ejusque pecuniae magistratus, qui quomque in municipio erit, petitio exactioque esto.

— III vir(ei) aedilesque qui h(ac) lege primei erunt, qui eorum Tarentum venerit, is in diebus XX proxumeis, quibus post h(anc) legem datam primum Tarentum venerit, facito qui pro se praes stat praedes praediaque ad III vir(um) det quod satis sit, quae pecunia public[a] sacra religiosa ejus municipi ad se in suo magistratu pervenerit, eam pecuni[a]m municipio Tarentino salvam recte esse futur[a]m ejusque rei rationem r[ed]diturum ita, ut ei senatus censuerit. Isque III vir quoi ita

praes dabitur, ac[c]ipito idque in tabu[le]is p[ublice]is scriptum sit facito. Quique quomqu[e] comitia duovireis a[ed]ilibusve rogandis habebit, is antequam major pars curiarum quemque eorum, qui magistratum eis comitiis petent, renuntiabit, ab eis qui petent praedes quid satis sit accipito, [q]uae pecuniae publicae sacrae religiosae ejus municipi [ad] quemque eorum in eo magistratu pervenerit, eam pecuniam municipio Tarentino salvam recte esse futur[a]m ejusque rei rationem redditurum, ita uti senatus censuerit [i]dque in tabu[le]is publiceis scriptum sit, facito, quodque [quoi]que negoti publice in m[unicipi]o de senatus sententia datum erit negotive publice gesserit [it] pecuniamque publicam dederit exegerit is quoi ita negotium datum erit negotive quid publice gesserit [it] pecuniamve publicam dederit exegerit, ejus rei rationem senatus reddito referitoque in diebus X proxumeis quibus senatus ejus municipi censuerit sine d(olo) m(alo).

— Qui decurio municipi Tarentini est erit quive in municipio Tarentino in senatu sententiam dixerit, is in oppido Tarenti aut intra ejus municipi sineis aedificium quod non minus MD regularum tectum sit habeto [sine] d(olo) m(alo). Qui eorum ita aedificium suum non habebit seive quis eorum aedificium emerit mancipiove acceperit quo hoc legi fraudum facit is in annos singu-